



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 99. Hispaniæ Regis studium pro impediendo Gallico hoc conventu.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

§. XCIX.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1560.

*Hispaniæ Regis studium pro impediendo Gallico hoc conventu.*

Nihilominus verebatur Pontifex, ne Galliarum Rex hisce rationibus nondum plene convictus, suo Nationalem Synodum celebrandi proposito per-

*Taan. l. 28.  
Mem. pour  
le Concil. de  
Trente p. 41.  
49. 52.*

dum Oecumenicam convocandi consilium arripuerit: num ergo jam oblitus est, quod paulo ante §. LXIII. ipsemet asseruerit, quod hic idem Pontifex de celebrando Concilio œcumenico seria mente statim a primis sui Pontificatus diebus cogitaverit. Quis credat, quod hic Pontifex nonnisi invitus Synodum convocare statuerit? cum tamen novam Synodum indicere haud opus fuerit, eo quod Tridentinum Concilium nondum esset dissolutum, sed duntaxat interruptum. En! ad quantas hallucinationes Continuatore nostrum abripiat sua summos Pontifices calumniandi libido: haud discutiendum suscipio, an in Galliis eo tempore, quo inter ipsos Episcopos, & Principes novæ sectæ amplectendæ cupiditas prævalebat, ut patet ex orationibus in Conventu Bellaquensi habitis, Nationale Concilium non modo Ecclesiæ, ac Regno prorsus inutile, sed etiam summe perniciosum fuisset, id tamen minime tolerandum existimo, quod Continuator, qui tamen sese Catholicum jactitat, non-

nisi



Sæcul. XVI.  
A.C. 1560.

*Pallav. hist.*  
*Conc. Trid.*  
l. 14. c. 16.  
num. 8.

tinacius insisteret, cumque illam, si semel convocata esset, ægre admodum dissolvi posse prævideret, hinc datis ad Hispaniæ Regem literis eundem efflictim rogabat, ut Franciscum II., ac Regii Senatus Proceres ab hujus consilii executione avertere, eidemque exponere velit, quod inde abs dubio schisma Franciæ Regno summe nocivum oriretur: Hispanis vero, Belgisque pessimi exempli fomes suppeditaretur: Itaque Philippus II. Rex Pontificis precibus lubenti animo deferens, quantocius in Gallias Antonium Toletanum, Legionensem Priorem, Regiique stabuli Præfektum ablegat, qui Franciæ Regi exponeret, quod immatura Nationalis Concilii celebratio duntaxat eo conduceret, ut Regnum aliunde jam hæresi penitus infectum novis dissidiis scindatur: quapropter Rex ab hoc proposito desisteret, præcipue cum ei Philippus fidem daret, quod sic eum dehortando nil nisi Dei gloriam, propriamque Regis utilitatem respiciat, eumque affectu sincero, atque mente ab omni proprii quæstus studio prorsus aliena prosequatur: insuper Legato

nisi ex hæreticis, ac de fide suspectis Scripturibus adeo dolose suam historiam confarcinare non erubuerit, non sine juventutis incautæ periculo, ac Sectariorum applausu.



gato injunctum, ut de pernicioso exem-  
 plo, quod inde ceteris ditionibus præ-  
 beretur, Regem edoceret, simulque ei-  
 dem proponeret, hac ratione injuriam  
 fieri Synodo Oecumenicæ, quam Papa  
 jamjam indicere statuisset, tanquam u-  
 nicum remedium, quo malis Ecclesiam  
 perturbantibus obviari posset: præcipue  
 cum non pauci in suspensionem adduce-  
 rentur, perinde acsi inter Cæsarem, am-  
 bosque Reges pristinæ amicitiae vincu-  
 lum esset dissolutum, eoquod uno ædifi-  
 cante alter destrueret, & inde Protestan-  
 tium audacia acueretur, non sine ma-  
 gno causæ publicæ præjudicio: aliun-  
 de vero ad compescendam suorum sub-  
 ditorum petulantiam vires Regi non  
 deessent, si tamen Hispanorum quoque  
 armis indigeret, illis libere uti posset,  
 imo ipsemet Rex Philippus, si opus fo-  
 ret, in Franciam veniret, ne ejus subdi-  
 ti gloriari valerent, quod eorum Rex  
 illorum ausibus ignominiose cedere  
 coactus sit (\*). Præterea Antonio in-  
 jungebatur, ut nil intentatum relinque-  
 ret, quatenus hunc conventum sal-  
 tem differri impetraret, si forte Rex il-  
 lum revocari nollet: hac autem super  
 re

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1560.

(\*) Hæc rursus ex Sarpio defloravit Con-  
 tinuator.



Sæcul. XVI. re pariter cum Cardinale Lotharingio  
 A.C 1560. conferret.

§. C.

*Franciæ Rex Generali Concilio assentiens, Romamque Mannensem Abbatem ablegans.*

*Pallav. l. 14.  
 c. 12. n. 146  
 Mem. l. c. p.  
 & suiv.*

Prudens hoc Hispaniæ Regis consilium prospero successu haud caruisse videtur; quippe Franciscus II. Mannensem Abbatem Romam ad Pontificem ablegabat, qui eidem sanctum, ac laudabile propositum gratularetur, necnon pro prompta illius executione rogaret. Huic Abbati insuper injungebatur, ut Pontifici proponeret, quod Rex illum monere voluerit, quatenus pro communi futuræ hujus Synodi receptione, ac majori illius auctoritate haud sufficeret, Tridentini Concilii suspensionem tollere, sed potius illud denuo convocaret ad urbem Tridentinam magis commodam, ad quam omnes Imperii Ordines tam Catholici, quam Protestantes tuto confluere possent, hancque in rem satis consultum foret, si expectaretur, donec Cæsar circa hujus loci selectum mentem suam aperuisset, cunctaque Imperii membra eo induxisset, ut una omnes ejusmodi urbem ratam, gratamque haberent: porro re ita composita Mannensis